

Inowrocław, 11 listopada 1410

Król Władysław [Jagiello] wyjaśnia Henrykowi z Rożmberka, że on zawsze chciał pokoju z Krzyżakami, którzy złamali go napadając i niszcząc ziemię nakielską [Krajnę] i dobrzyńską. Aby się bronić król zebrał wojsko i stoczył bitwę, przed którą Krzyżacy przysłali mu dwa nagie miecze. Po odniesionym zwycięstwie, również w bitwach pod Koronowem i Tucholą strona polska stała się przedmiotem wielu oskarżeń, w tym o korzystanie z pomocy pogan. Król wyjaśnia, że on i książę Witold wykorzystywali tylko swoich poddanych, podobnie jak czynią to inni władcy chrześcijańscy, np. król Węgier Zygmunt [Luksemburski]. Krzyżacy uniemożliwiają zawiadomienie rycerstwa [europejskiego] o faktycznym stanie rzeczy, gdyż zamykają drogi i przechwytyją polskich kurierów. Król wzywa adresata, aby nie dawał wiary oskarżeniom ze strony Zakonu, podkreśla, że zawsze dąży do pokoju, ale w obliczu ataku będzie się bronić.

Oryg.: *Státní oblastní archiv v Třeboni. Oddělení Třeboň, Historica Třeboň, sign. 114, lac. pap., wym. 290 × 440 mm; stan średni, przetarcia, niewielkie ubytki, u góry okrągła pieczętka: Archvum Schwarzenbergicum, in dorso zamykający list pieczęć wystawcy w czerwonym wosku o średnicy 28 mm (wosk przez papier, zob. GumowskiPieczęcie, s. 14, 15, nr 16; Pieczęcie, s. 14; HlebionekKatalog, s. 105, 106), kustodia luzem, resztki papierowego paska zabezpieczającego pieczęć na miejscu, ręką z pierwszej ćwierci XV w.: Littera domini regis Polonie, późniejsze streszczenia i sygnatury.*

Kop.: *GSPK, XX. HA, OBA, nr 1397 – obecnie zaginiona.*

Wyd.: *Codex epistolaris saeculi decimi quinti, t. 3, wyd. A. Lewicki, Kraków 1894, Dodatek, nr 2 (s. 498–500) (wg oryg.).*

Reg.: *RHD I/1, nr 1397; Regesta Bohemiae et Moraviae aetatis Venceslai IV, t. 3, Praha 1977, s. 252, nr 632.*

^aWladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie et cetera magnifico et nobili domino Henrico de Rozemberg¹ amico nostro carissimo, salutem et complacencie firmitatem! | Magnifice ac nobilis amice noster carissime! Arbitramur a vestra non excodisse memoria, qualiter iniurias nostras, quas ab annis viginti qu[at^b]tuor aut citra et a tempore, quo fidem suscipimus christianam a | fratribus Cruciferis de Prussia et cetera pertulimus ad aures vestras et aliorum nobilium fidem collencium christianam deduximus, volentes [et^b] summo optantes desiderio cum ipsis ad equalitatem devenire | et in pacis vivere unione iuxta pacta et federa inter nos et ipsos Cruciferis ac Regnum nostrum et ipsorum Ordinem sollempniter scipulata et contracta, apostolicis, imperatoriis, nostris et nostrorum predecessorum dive memorie regum Polonie ac ipsorum Ordinis litteris confirmata. Ipsi autem spretis humilitatis nostre desiderio pactaque et federa huiusmodi prebentes contemptui, que nos semper prout decuit firmiter servavimus, nobis in longinquis terrarum nostrarum partibus moram facientibus, dum nullum respectum in spem federum predictorum ad ipsorum insidias habuimus, honoris ipsorum prodigi, terras nostras Dobrinensem et Naklensem congregatis stipendiariis hostiliter invaserunt et eas per ignem et cremum converterunt in favillam [...^c] stupris, oppressionibus, violenciis, homicidiis, sacrilegiis et aliis facinoribus perpetratis infinitis, castra et fortalicia quedam in eis, que cum magnis sumptibus et gravibus laboribus constru[cta f^d]uerunt et erecta in ruinam proiecerunt demollita, nostre regie maiestatis in dedecus et pudorem, nec pro hiis et aliis molestiis et obrobis, que ab ipsis continue passi sumus multis per nos vocati instanciis, nobis voluenrunt respondere, sed magis ac magis nos prosequi inceperunt. Nos autem videntes nobis et Regno nostro ab ipsis Cruciferis finale excidium imminere cum gentibus nostris armatorum campum contra ipsos ascendimus, ut saltim per hoc ad faciendum nobis equalitatem faciliores redderentur, sed nec

hoc nobis potuit proficere, ymmo dum iam ad conflictum porreximus, quamvis habuimus sufficientes gentes pro nostra defensione, adhuc libenter voluimus parcere ignibus, preliorum et manum reflectere ac conflictu perfusionem sanguinis Christiani abhorrentes et proinde exercitibus nostris ordinatis ad standum et pausandum, in loco prelii gressus nostros deficimus, ut saltem ipsorum furia potuisset aliquantulum interim mitigari, ipsi autem proprio nolentes indulgere dispendio, avidissime aspirare inceperunt ad certamen, nos et nostros multis motivis mitigantes. Tunc enim duos gladios vibratos nobis direxerunt inquietes: „Tolle oram accelera velocius ad conflictum, ecce tibi duos gladios dirigimus in succursum, ut se nobis tucius valeas defendere”, quos in mansuetudine animi suscepimus et cum ipsis ad reprimendas tam graves iniurias non sine nimio fletu et emissione lacrimarum, que nobis magne stragis occasionem innuebant ad prelium, Dei invocato auxilium, processimus, ex quo iam a preliis non potuimus supportari, que semper cum christianis vitavimus. Postquam autem cum eis venimus ad congressum, Altissimus virtutem ipsorum contrivit et nobis ~~et~~^e de^f ipsis dignatus est concedere ~~et~~ victoriam et triumphum. Nunc autem datur nobis intelligi, quomodo ipsi Cruciferi coram vobis et aliis Christifidelibus multa de nobis frivola et conficta fame nostre detractiva mendacia comentisant inique, asserentes quod nos, adiuvata sibi multitudine paganorum exercitum, ipsorum in prelio predicto manibus et armis paganis prostratum calcassemus et amplius tenderemus in exterminium sacre fidei orthodoxe. Pro quo informetur vestra sinceritas, quod ea quecumque circa prelium istud et alia prelia, que inter nos et dictos Cruciferos circa Corunow² et Tuchola³ defervebant, gesta sunt Christianice et processu debito fuerunt consumata, ymmo et alia omnia in belli nostri negociis tamquam alumnus catholice fidei et filius Romane ecclesie, cui semper iugi devocione assistimus, perfecimus, nec alias pro subsidio habuimus, nisi subiectas nobis et domino Allexandro ~~et~~ alias Wytowdo duci Lytwanie⁴, fratri nostro carissimo, servientes nationes, nunquam enim barbaros et extraneos ad nostra vocare auxilia habuimus in conceptu. De hiis autem, qui nostre sunt subiecti ditioni et nostram inhabitant regionem, nemo legitima poterit moveri vel causari ratione, ex quo multi reges et principes christiani, sicut dominus Sigismundus rex Hungarie⁵ et ipsi Cruciferi in exercitibus suis alterius fidei sibi subiectas, videlicet Jassy, Cuny, Bosnenses⁶ pro subsidio habere consueverunt nationes. Quare ergo dumtaxat nos ius nostrum exequi prohibemur, quod omnibus christianis principibus conceditur exercere? An quia Cruciferi hostes nostri predicti lingua sua venenosa dudum venalitati exposita, confictis adinventionibus et pretensis mendaciis famam nostri nominis coram vobis detulerunt, nos a fide christiana et Romane ecclesie obedientia machinantes sequestrare? Nos autem parati sumus vitam et bona nostra omnibus dispendiis exponere, priusquam contra fidem christianam aut Romanam ecclesiam in aliquo delinquamus et dudum hanc nostram iniuriarum materiam ad noticiam vestram deduxissemus, sed quocienscumque nuncios nostros, qui vobis nostrarum iniuriarum obrobria exponerent, dirigere voluimus, semper ipsis Cruciferi iter precluserunt transeundi, captivitatis mancipium aut mortis dispendium ipsis procurantes, in progressu timentes, ne scripta nostra ad vestram pervenirent noticiam, per que iusticia nostra et ipsorum iniquitas vobis nota appareret; sicque iusticie nostre integritas ipsorum obsistentibus insidiis apud vos incognito remansit et ignota. Ideo sinceritatem vestram petimus et rogamus, quatenus eisdem Cruciferis et aliis, qui fame nostri nominis laudabili coram vobis nituntur derogare, quocienscumque sinistre de nobis fulminaverint, fidem velitis subtrahere creditivam, nec ipsorum pravis suggestionibus acclinari, sed magis tamquam verus amator iusticie circa iusticiam⁸, quam propicio domino habere pro nobis nos censemus, sinceriter remanere et swadere, aliis christicolis, quos Cruciferi predicti suggestionibus suis adversum nos commoverunt, ne contra nos animentur, semper enim prelia cum Christianis nobis fuerunt odiosa et hec, que cum ipsis Cruciferis facta sunt, invitis nobis peracta extiterunt, ex quo aliter pro terris et bonis nostris, que nobis receperunt sine causa, iusticiam ab ipsis nos consequi vidimus non posse, libenter enim a gwerris vellemus

supportari, dummodo hostes nostri predicti et alii bella nobis non moverent. (Si^h) quis autem adversum nos surrexerit, neccessario in nostram et nostrorum defensionem, adiuvato nobis Christi subsidio consurgemus. Datum in Juueni Wladislaui undecima die mensis Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo decimo.

^a Inicjał wysokości ok. 3 wersów.

^b Brak w oryg.

^c Ubytek w tekście na ok. 4 litery.

^d Ubytek w tekście, uzupełniony.

^e Wyskrobane.

^f Napisane na razurze.

^g Następuje wyrazurowana litera p (?).

^h Nadpisane ze znakiem wstawienia.

¹ Jindřich (Henryk) III. z Rožmberka (von Rosenberg) (1361–28 VII 1412), możnowładca czeski, burgrabia zamku praskiego 1396–1398, 1400–1403, jeden z przywódców Jednoty Pańskiej (J. Šusta, *Jindřich z Rožmberka*, Praha 1995).

² Koronowo (niem. Polnisch Krone), miasto, gmina loco, powiat bydgoski, woj. kujawsko-pomorskie.

³ Tuchola (niem. Tuchel), miasto, gmina loco, powiat tucholski, woj. kujawsko-pomorskie, w państwie krzyżackim siedziba komturii.

⁴ Witold Kiejstutowicz, syn księcia trockiego i wielkiego księcia litewskiego Kiejstuta, książę grodzieński, brzeski, suraski, drohiczyński, wołkowyski, kamieniecki, 1392–1401 namiestnik króla Władysława Jagiełły na Litwie 1392–1401, potem wielki książę litewski, zm. 1430 (J. Nikodem, *Witolda wielki książę litewski (1354 lub 1355 – 27 października 1430)*, Kraków 2013, tam zebrana starsza literatura przedmiotu).

⁵ Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; Sigismund von Luxemburg. *Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

⁶ Tj. Mołdawianie, Jasowie (Alanowie), Kumanowie i Bośniacy.